

1273, agost, 12

*Ermessendis Ferrer i el seu marit Bernat Juglar venen a Guillem Matfrè, de Sant Martí Vell, un camp situat a Sant Martí Vell, indret de Palol, que es té pel monestir de Sant Daniel, pel preu .de 50 sous.*

ASD núm. 221, perg. orig. 205 x 180 mm.

Sit notum cunctis quod ego Ermessendis Ferrera de Molleto et uir meus Bernardus Juglar uendimus tibi Guilielmo Matfre de Palaciolo de parochia Sancti Martini U eteris et uxori tue Ermessendi et uestris et cui uolueritis in perpetuum illud nostrum campum quem habemus et tenemus in predicto uilario de Palaciolo et uocatur de na Tomasa, et tenetur per monasterium Sancti Danielis, et afrontat ab oriente in tenedone Marie Andreua, et a meridie et a circio in honore uobis emtorum, ab accidente in riera. Predictum campum, cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et tenedonibus suis et cum arboribus diuersorum generum et cum aliis in se habentibus sibique qualicumque modq pertinentibus et cum melioramentis ibi factis et de cetero faciendis et cum omni sua proprietate et integritate uobis et uestris in perpetuum uendimus et tradimus pro precio quinquaginta solidorum barchinonensium de terno, de quibus recognoscimus nos a uobis bene fore paccatos, renunciando exceptioni non numerate pecunie; et si amplius ualet predictus campus dicto precio uel ualebit, totum illud amplius uobis et uestris donamus donatione facta inter uiuos, renunciantes beneficio illi, is legis qua deceptis ultra dimidium iusti precii succurritur, eicientes dictum campum de nostro ;nostrorum que iure et posse, ipsum in uestrum et uestrorum ius et dominium ponendo, et mitimus inde uos in corporalem possessionem ad uestram et uestrorum uoluntatem perpetuo faciendam, saluo iure predicti monasterii in omnibus, cui dabitis tascam et braciaticum et pro sensu in festo Omnium Sanctorum duo paria caponum sine alio retentu quod ibi uel inde non facimus, omnibus nostris et nostrorum iuribus et racionibus ibi et inde perpetuo extinctis et penes uos et uestros semper existentibus, promittentes uobis et uestris dictum campum semper facere habere et tenere in pace contra cunctam personam, et si aliquis ibi uobis uel uestris aliquid tetigerit, forisfecerit siue questionem uel demandam aliquam contra uos uel uestros mouerit, statim conuenimus uobis et uestris quod in principio litis ponemus nos ante uos et uestros et ducemus causam ad effectum nostris propriis sumptibus et expensis a litis principio usque ad finem, et de euiccione et omni interesse obligamus uobis et uestris nos et omnes heredes nostros et successores et omnia nostra bona et iura habita et habenda ubique, et iuramus per Deum et eius .rrn.or Euangelia corporaliter tacta hec omnia bona habere perpetuo atque firma.

Quod est actum .n. idus augusti anno Domini .MCCLXX. tercio

Sig+num Ermessendis Ferrera, sig+num Bernardi Juglar predicti, qui hoc firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Raimundus de Fraxaneto, filius Bernardi Magistri et Petrus de Sau, filius Petri de Podiolo. + Berengaria, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa .Sig+num Bernardi de Tosquers, baiuli, qui hoc firmo.

Sig(s. man.)num Bernardi Eymerici, ebdomedarii Sancti Martini Ueteris, qui hoc scripsit cum litteris dampnatis in .vm. linea, die et anno prefixo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 463-464